



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

16 Sed in tempore propinquitatis quæritur, si post venditione[m] facta[m],
& ante retractu[m] intra tempus retrahendi si alius nascatur proximior, an
excludat eum qui tempo re venditionis erat ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

conuenitur, sed idonei & capaces, argum. l. i. gradatim, de mun. & honor. P. hic autem qui vendidit, idoneus non est, nec proximus, sibi à quam proximus vendentis dici potest: cum inter dantem & recipientem, debeat esse differentia, c. si de instrum. ap. Greg. nec sibi quis imperare potest, in l. i. de res. su. de recept. arbit. P.

¶ Admittit tamen, filium venditoris, vt proximior, retrahere posse venditam rem a patre, Boerius decisio. 76. nume. 10. per c. conuictus. Et ubi Henricus Bohic. de res. su. in reg. Bal. consil. 310. vol. 4. Lud. Bologninus consil. 43. Chassanans in consuetu. Burgund. tit. 1. de retra. §. 1. ad verba le plus prochain, vers. aduerte. verum tamen in eo remanet gypthys, cum filius familias, vt emancipatus, rem a patre venditam possit retrahere. Quandoquidem filius familias non potest in venditione additiuus in diem, emtorem excludere, si venditor, §. sed si pupillus de in diem addit. P. cumque eadem persona patris & filii familias videatur, §. si vero, de in diem addit. P. l. in. C. de in pup. & quæ ita filio per patrem acquiritur patris, dicto §. et vero, l. plures, de acquir. hered. absurdum videtur non bene considerari, redhiberi a patre vendit. per filium, vt rucum in patris redeant potestatem. Et quia via prohibita sit, alia permittitur aduersus iuris regulas, ea cum quod d. 39. de reg. sur. in 6. l. si oportet, 2. l. si mater de iuro. & contrarior. dat. ab us. C. c. lib. 26. P. tit. 5. c. 1. de cleric. conuict. in 6. Vt not tamen est sententia, quæ permittit etiam filio familias retrahere, si res sit de rebus maiorum, vel diu a patre post acquisitionem nouam possessa. Maxime cum hodie quæritur per filium familias patri non quæritur, nisi ratione viusfructus, l. non solum, §. 1. de bono. qua liber. C. in iud. ubi aut postea Ioan. Fab. in l. i. de bonis matris. C. Massuer. in praxi, titulo de retractu, §. siem filius familias petens, §. 5. seq. Ethoc verum esse Massuer. ait, quamquam filius familias fiat heres patris, Massuer. in prox. cit. §. per l. Seia, 7. de euctio. nec in eo habere locum arbitror regulam: Quem de euctione tenet actio, eam lem agentem repellit exceptio: quia hoc ius ex lege cõfuetudinis competat, nisi, inquit, pater pro euctione se obligarit: quia tunc heres factum defuncti præstare cogeretur, iit. vt actio. ab hered. & contra hered.

Num in heredem ius redhibendi transeat.

CAP. 15.

1. Retrahere rem venditam non potest heres venditoris.

2. Retrahere debet proximior mortuo.

Nam transmittitur ius redhibendi in heredem eius, in praeiudicium aliorum proximiorum eod.

¶ Quæritur num in heredem transeat ius retractus, duplici ratione explicationem poscit: videlicet, num heres venditoris possit retrahere: & an heres quoque proximioris retrahere possit. Quoad primum caput pertinet, expedita solutio est, heredem vendentis non posse retrahere: quia quem tenet de euctione actio, & c. l. vindicantem de euct. P. Et ex qua persona quis lacrum capit, eius factam præstare quoque debet, l. ex qua persona, 19. de reg. sur. facti, l. venditrici, §. C. de reb. alien. non alienan. l. cum a matre, 14. C. de rei vindic. Et Ioannes Faber in ea sententia est, vt heres ne queat redimere: quod res peruenerit ad eum casum a quo incipere non potuit. Ioannes Faber. in §. econtrario. in fine de leg. ar. nisi heres qui accessit esset proximior, vt diximus proximo capite, & ex sua persona, non heredis nomine, velle retrahere. Et hæc est quæst. formal. Boerius in §. 3. gl. si de retract. in consuet. Burgund.

¶ Ceterum tamen in secundo capite num proximior decedens transmittat ius retractus ad heredem, distinguitur: an heres qui succedit proximiori, sit de suis, vel extraneus. In suis transmissio locum habet, secundum Ioannem Fabrum, in d. §. econtrario, facti l. ventre preterito, de acquir. heredit. l. uncia, de iis. qui ante aper. tabulas l. vnic. §. in nouissimo de cad. tollen. C. quia si pater proximior sit, erit & filius proximior. In extraneis distinguitur, num defunctus cepit retrahere, vel meminit se velle retrahere: an vero nihil horum fecerit. Et in duobus prioribus casibus, actiones vitales petitionis hereditatis, si quis impediatur aliquo modo petere, transmittuntur ad heredem, siue illi sint sui, siue extranei. l. §. fin. ad Senat. consil. Syllanian. Quæmadmodum petitio bonorum possessiois, siue secundam, siue contra tabulas, transmittitur, l. si det. si decesserit, §. de bonor. possessio. contra tab. lib. 37. tit. 4. videlicet quando intra tempora petere de retractum, proximior mortuus, relicto vel instituto herede: alioquin si tacuit per annum & diem, etiam præparata actio vitilis non transmittitur, exemplo quæritur in officio testamentum, quæ tantum intra quadriennium

transmittitur, l. si quis filium in 2. lex 34. de inoffic. testam. C. & ius de liberandi intra annum, l. cum antiquiorib. 19. de iure deliber. C.

Sed in tempore propinquitatis quæritur, si post venditionem factam, & ante retractum, intra tempus retrahendi, si alius nascatur proximior, an excludat eum, qui tempore venditionis erat proximior.

CAP. 16.

1. Retrahendi in facultate proximior dicitur, qui tempore venditionis proximior erat, etiam si alius nascatur postea proximior, Nisi conceptus fuerit tempore venditionis, eod.

¶ In hac quæstione Chassanans tradit, in sit. de retract. §. 1. ad verba, le plus prochain, vltima annotatione, de consuetud. Burgund. potiorum eum esse, qui tempore venditionis proximior erat: neque excludi a proximior, postea natus: quia ante natiuitatem proximioris nati, ius natus quæsitum fuerat, per l. is cui sub conditione, de actio. P. l. fin. de stipulat. seruo. in P. Et ita actio quæ ab initio nata non erat, oriri nequit, l. serui & filii, in princip. de fact. l. si tutoris, §. sine, quod iuss. in P. Et hanc sententiam iuuare videtur, §. protinus, de legitima agnator. success. Alii arbitrantur temperamentum adhibendum, vt si natus postea conceptus fuerit tempore venditionis, præferatur, non autem si conceptus non erat: argumento a iure succedendi ducto, in quo hoc ipsum admittitur, §. cum autem, de heredita. quæ ab intesta. deser. Et qui in utero est, pro nato habetur, in his quæ ad eius vilitatem pertinent, l. qui in utero, de stat. homin. l. cum in ser. C. de fideicommissa. liber. l. antiqui, si pars heredita. peti. Ira Boerius tenetur, natum & conceptum proximiorum intra tempus contractus admittit: & ita iudicatum fuisse, annotat, decisio. 12. num. 1. & ad §. 3. colu. 6. de retract. in consuetud. Burgund. Quæmadmodum existante testatoris prohibitione, ne res alienetur extra familiam, quando consentientibus proximis alienatio fit, efficax ea quidem, sed si filii ex illis nascantur, reuocate possunt alienationem, l. pete, §. fratre, & ibi gl. in verbis, ex familia, de lega. 2. & l. si cognatus, de reb. dub. & sunt intra expressa, quæ dum de deferenda successione loquuntur, & conceptos, viuo eo de cuius successione agitur, proximiores, quamuis postea nascantur præferri natis velint, l. i. §. si quis proximior unde cognat. P. lib. 38. titu. 9. l. Titius 6. de suis & legit. hered. lib. 48. P. tit. 17. Cautum in consuetudine Turonensi, titu. de retract. ar. 5. ius retractus, quod pertinet ad ordinem proximitatis, iisdem legibus regi, quibus successio ab intestato.

Qui non sint idonei ad retrahendum, quamuis sint proximi. CAP. 17.

1. Redimere vendita possunt proximiores tantum, qui emere possunt.
2. Femina an feudorum, & ubi capaces.
3. Feudum an persona ecclesiastica tenere possint.
4. Monasteria in Gallia quæ bona temporalia non possident.
5. Monachi num iure retractus proximitatis rei possint. eod. Retrahere iure proximitatis num possint ecclesiastica persona eodem.
6. Retrahere iure proximitatis nequeunt, qui pro mortuis habentur.
7. Retractus gentilitius impeditur, insertu rei.
8. Retractio num negatur proximis, si pactum appositum sit, ne res veniat extra rectam lineam.
9. Retrahere qui possint ex pluribus, quibus ius est.
10. Proximitas in retractu gentilitio, civilis & naturalis esse debet. Bastardi non retrahunt vendita iure proximitatis, eod. Retrahere non possunt iure proximitatis affines, nec legitimi tantum, aut naturales tantum filii, eod.
11. Nisi bona matris. Possunt legitimi per subsequens matrimonium, non alii, eod. Nec filii eorum legitimi.

¶ Non omnes tamen qui proximi sunt, idonei censentur ad redimendam venditionem: sed tantummodo, qui emere possunt. Et proinde prohibitis iis ex capite personarum, vel rerum retrahendarum, retractus intercipitur: veluti si proximior non est idoneus ad præstanda officia vel munera, quæ redhibendis rebus hærent, §. fin. an mutus feud. reti. poss. lib. 2. feudor. tit. 36 §. fin. episc. vel Abb. vel abbatissam feudum dare non poss. lib. 1. feudor. tit. 6.